MEMBRANA NOVISSIME MEDIOLANI INVENTA IN VETERI INSIGNIQUE...

G. Zucchetti

Digitized by Google

MEMBRANA

NOVISSIME MEDIOLANI INVENTA

IN VETERI, INSIGNIQUE ARCHIVIO

ILLUST.MI D. D. MARCHIONIS

JOSEPHI ARCONATI-VICE COMITIS,

QUÆ, DECLARANTE JOANNE ZUCCHETTI,

EVULGATUR AD PROBANDUM, CAPTIVITATEM

IN ITALIA PERDURASSE SALTEM

AD AN. MCCCCXXXIV.

MANTUAE
TYPIS ALOYSII CARANENTI
1851

Digitized by Google

Digitized by Google

Intemeratæ veritatis
documenta perlucida.
APULEIUS

Quousque captivitas in Italia perstiterit, argumentum plane insolutum extat, nec dissertatu facile, etsi non parum scriptum fuerit, et notiones huc, illuc quamplures in centenis codicibus inveniantur effusæ.

In legendis operibus plurium scriptorum, Sclopis nempe — *Legislazione d' Italia*, Hullmann cum auctoribus ab eo citatis, Cibrarii — *Economia politica del Medio evo*, nec non aliorum præstantium virorum, arduum non erit inspicere, quo disputatio constiterit, quæ non adhuc pertractata fuit super documenta seculo XIII proximiora.

Quicquid tamen de iis acciderit, vanum perloqui. Non ambigerem fortasse, civilitatem, leges ac potissimum charitatem evangelicam, mancipiorum manumissionem imperasse asserere, una cum disperditione novissimorum documentorum humanitati, ac Italiæ præsertim tantum dedecus improperantium.

Interdum abs merito, et inconsulto incessit, ut ego potissimum in patienti munere evolvendi documenta cujusvis ætatis et usus, arido modo et pumice expolitam invenirem Membranam usque ad præsens oblitam, atque illis consentaneam, quæ a scriptoribus gestarum Aevi medii pertractatæ fuerunt.

Digitized by Google

226

Studiis idcirco modeste deditus, etsi nonnihil in hac eruditione exercitatus videar, hoc opus funditus examinandum suscepi, et visa præstantia inventæ tabulæ posterioris centum, et triginta quatuor annis, omnibus illis usque adhuc relatis, et editis pretium putavi operis eam typis ingeminare, et publico adjudicare.

De ejus authenticitate, non dicam: plane legalitatis et fidei testimonium reddit.

Quod attinet ad rem, meminit venditionem *pleno jure et ad libitum voluntatis* cujusdam puellæ tartareæ nomine Martæ annorum decem, et novem a quodam Jacomino de Biliis, factam Joannj de Castelletto,(ambo Mediolanenses), statuto pretio quinquaginta, et octo ducatorum aureorum, illis temporibus (XVI Septembris MCCCCXXXIV) maximi momenti, si pretium conferatur cum illis, quæ in editis membranis seculi XIII retro occurrunt. Subscriptor tabularius, qui monumentis publicis Chartam consignaverat, nomen transmisit Laurentii Antonucci urbis Recanati.

Documentum, præclarus Muratorius profecto libenter meminisset ubi de eo quidquam novisset, nisi ad statuendum præfinitum tempus pravo commercio, ad sentiendum tamen de diuturnitate sua, etiam post XIII seculum. Sed hoc non judicarunt cum memoratis auctoribus. Ducange nec non Muratorius ipse, qui membranas profert adhuc seculi XV, quæ attinent ad tractationem, et ut recte dicam, ad transitionem *Ser-*

Digitized by Google

vorum glebæ seu *Emphyteuticorum* (*): non tamen mihi videtur habuisse præ oculis scripta, XIII seculo successiva, quoad servos vulgariter nuncupatos *Mancipios*, quorum maximum est inter illos discrimen.

Idem Vergerius in vita Ubertini de Carraria asserit usum Mancipiorum hæreditariorum tempore suo (1300) omnino abrogatum; sed, aut referatur servis emphyteuticis, ut creditur, aut mancipiis, adversaretur quoad primos a scriptis posterioribus, et quoad alios fortasse a Membrana huc relata.

Judicium interim sit eruditorum, an scriptum usque ad præsens absconditum, et forsan illius ætatis unicum, recipi queat, ut sentiamus servitutem in Italia perdurasse adhuc incepto, et processo seculo XV, ambiguis nobis tamen relictis quoad finem tantæ turpitudinis.

JOANNES ZUCCHETTI

(*) Emphyteutici erant servi agro, quem colebant, ad perpetuitatem obstricti, et transibant constanter in allodium, quasi res prædio adjuncta e servitute hæri venundantis ad servitutem ementis. Idem fere dicendum de famulis, qui præcipue post seculum X, appellabantur *Uomini di masnada* a verbo *Mas*, *vel Mansum* exprimenti *Predio*, *Fondo*, cujus culturæ operam dabant, et qui deincepes seculo XIII, inter vassallos recensebantur. Vide *Muratori Antiquit. Ital. dissert.* XIV, et XV, *Tom.* I.

Ducange in verbo *Allodiarii*, *Manentes*, *Servi etc.*, dictos servos esse similes sentit illis, quos ad præsens vocamus *Rusticos*, *Colonos*, *Villicos* ad culturam agrorum constitutos. Hujusmodi sunt fere ad præsens quamplures rusticanæ familiæ centenariæ progeniei servituti servatæ pernobilium gentium, grato animi sensu ex parte possidentium, hæreditario vero affectu ex illa villicorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

TENOR

INVENTAE MEMBRANAE

In Christi Nomine Amen. Anno eiusdem a circumcisione Millesimo CCCCXXXIIII. Indictione duodecima tempore Domini Eugenij papæ quarti die vero sextadecima mensis Septembris. Nobilis vir Jacominus, domini Lucchini de Billis de Mediolano sponte ex certa Scientia per se et suos heredes vendidit Jure proprio et in perpetuum pure, libere et absolute Nobili viro Johanni, domini Johannis de Castellecto de Mediolano presenti et ementi pro se et suis heredibus unam tartaream nomine Martam etatis decem et novem annorum vel circa, ut dictus venditor asseruit. Ad habendum tenendum et de ea pro suo et suorum heredum et subcessorum libitu voluntatis disponendum, et quicquid dicto Emptori et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo fatiendum. Pro pretio et nomine pretii quinquaginta octo ducatorum auri boni et legalis auri et justi ponderis, quos prefatus venditor sponte contentus et confessus fuit in presentia mei notarii et testium infrascriptorum habuisse et recepisse a dicto Johanne Emptore predicto ibidem presente et interogante, et sibi datos et numeratos fuisse et esse per dictum Emptorem. Renumptians prefactus venditor exceptioni dictorum quinquaginta octo ducatorum auri non habitorum et non receptorum et sibi non datorum et

Digitized by Google

non numeratorum per dictum Emptorem speyque future numerationis et receptionis, et excéptioni doli mali metus sine causa in factum actioni, et omni alii legum et statutorum auxilio beneficio et favori sibi modo aliquo competenti vel competituro de Jure vel de facto. Quam vero Martam tartaream predictam memoratus Emptor sponte in presentia mei notarii et testium infrascriptorum contentus et confessus fuit habuisse, et recepisse, ac sibi datam et consignatam fore, et esse per dictum Jacominum venditorem predictum. Renumptians exceptioni dicte Marte tartaree predicte non habite et non recepte, ac sibi non date et non consignate per dictum venditorem, speyque future receptionis et consignationis et exceptioni doli, mali, metus sine causa in factum actioni et omni alii legum et statutorum auxilio, beneficio et favori sibi modo aliquo competenti vel competituro de jure vel de facto. Quamquidem venditionem et omnia et singula in presenti Instrumento contenta prefactus venditor sponte et ex certa scientia per se et suos heredes et subcessores promisit dicto Johanni Emptori predicto, ut supra stipulanti, et promittendo juravit ad Sancta Dei Evangelia manu tactis corporaliter scripturis, perpetuo rata et firma habere et tenere et in nullo contrafacere vel venire per se vel alium modo aliquo sine causa de jure vel de facto. Itemque causam vel questionem de dicta Marta tartarea predicta vendita nullo tempore movere vel inferre, neque moventi vel inferenti consentire per se vel alium modo aliquo sine causa de jure vel de facto. Sed potius dictam Martam tartaream venditam antedictam, volens de evictione, teneri contra omnem personam, hominem, collegium, vel universitatem le-

Digitized by Google

gitime defendere, auctorizare et disbrigare, et in pace ponere omnibus ipsius Venditoris sumptibus et expensis. Et in se primum secundum tertium et omne aliud judicium subscipere subito lite vel causa mota, re evicta vel non, et in quocumque statu res et causa se habuerint. Item reficere et restituere omnia et singula dampna, expensas et interesse litis et extra sub pena dupli dicti pretii stipulatione promissa in singulis capitulis huius contractus, totiens quotiens fuerit per ipsum modo aliquo contrafactum vel contraventum, semper tamen rato manente contractu. Et dicta pena soluta vel petita vel non nichilominus predicta omnia et singula perpetua firmitate perdurent, et pro observatione omnium predictorum obligavit dictus Jacominus dicto Emptori omnia sua bona presentia et futura.

Actum Recanati ante domum Johannis Thome de Recanato positam in Civitate Recanati in et super A. iuxta res Bartholomei, Antonii Guidatii et eius filiorum, res dicti Johannis, plateam magnam Comunis Civitatis Recanati et alios fines, presentibus Aleuisio Beltrammo de Galarata de Mediolano, Ser Lodovico Ser Vaninis de Recanato et Baptista Johannis Thome predicti de Recanato testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Et Ego Laurentius Anthonutii de Recanato publicus Apostolica autoritate notarius et judex ordinarius, predictis omnibus et singulis interfui, eaque rogatus scribere scripsi et publicavi, signoque meo corroboravi consueto.

(Locum Tabellionatus)

*

Digitized by Google

222

Digitized by Google

PERGAMENA

Del XV. Secolo recentemente scoperta in Milano nell' antico e pregevole Archivio Arconati-Visconti, da cui emerge che il traffico della Schiavitù in Italia avrebbe durato fino al 1434 e probabilmente anche dopo.

Digitized by Google

NOTA

Gemeva sotto i torchi la presente edizione, quando gentilmente ci veniva fatto osservare dal Chiarissimo sig. Professore Ferdinando Negri, che a giovare il nostro assunto, l'Egregio sig. Prof. Francesco Bonaini di Firenze pubblicava nell' anno scorso alcune memorie inedite del XIV secolo, che farebbero ragione a confermarci nella esternata opinione, che le schiavitù in Italia abbia effettivamente e senza interruzione durato fino al secolo XV almeno.

Tali memorie datate negli anni 1371, 1377, 1378 e 1379, associate al documento del 1434, quì pubblicato, si connetterebbero a meraviglia per formare un nesso storico colla serie dei ricapiti di tal natura ricordati dal preclaro Muratori a tutto il XIII secolo. Chi amasse pertanto di avere quelle memorie sott'occhio, vegga l'opera *Archivio Storico Italiano* Tom. VIII Tit. *Ricordi di cose famigliari di Meliadus Baldiccione de' Casalberti pisano*, pag. 50, 60, 61 e 63, dove è fatto cenno di vendute schiave oriunde della *Provincia di Tartala;* la qual provenienza, a nostro avviso, sembra pur meritevole di particolar rimarco. La schiava, di cui abbiamo fatto menzione, era una *Tartara: Tartale* o *Tartare* sono pur quelle indicate nei citati *Ricordi*. Non avrebbe dunque quel vastissimo paese esclusivamente somministrato schiavi all' Italia?... La soluzione del problema vorrebbesi tentata mediante speciali studj ed indagini in proposito, nè forse senza il compenso di un fortunato esito.

Digitized by Google

Fino a quando abbia durato la schiavitù in Italia è un tema ancora insoluto, e difficile a trattarsi, tuttochè se ne sia scritto, e si trovino notizie qua e là in cento libri disperse.

Leggendo l' opera di Sclopis sulla legislazione d' Italia, quella d' Hullamann cogli Autori in essa citati, il Cibrario *Economia politica del medio evo*, e tanti altri Scrittori, non sarà malagevole di scorgere sino a qual punto siasi arrestata la quistione che, in una parola, sembra non sia stata discussa sopra documenti più prossimi del Secolo XIII.

Cosa sia poi avvenuto degli atti di questo genere a quel Secolo posteriori che gioverebbero allo scioglimento della quistione stessa, è vano il parlarne, nè forse sapremmo darne soddisfacente ragione in proposito. Probabilmente non ci scosteremmo dal vero, ove asserissimo che la civilizzazione, le leggi ed in particolar modo la carità evangelica abbiano imposto la soppressione della schiavitù, e con essa lo sperdimento eziandio degli atti, che rimproveravano all' umanità, e specialmente all' Italia cotanta vergogna.

Non è però infrequente la bizzarria del caso, che chi s' affatica con sudore e sacrificii a cercare,

Digitized by Google

226

spesso non raggiunge la meta delle sue indagini, mentre altri senza merito trova, senz' andarne in traccia.

Un esempio di tal natura porgiam noi, che nella paziente mansion nostra di svolger dalla polvere carte d'ogni tempo e maniera, andiamo debitori al caso di una Pergamena che fino al presente era rimasta nell' oblìo.

Portati quindi modestamente all' amor degli studj, senza però crederci molto versati in questa materia, presimo ad esaminare la cosa con diligente accuratezza, e persuasi della pregevolezza del documento sommamente rimarchevole nella sua posteriorità di 134 anni ai finora pubblicati, pensammo fosse prezzo dell' opera, e debito letterario il farlo di pubblica ragione.

Non diremo della sua autenticità. Il ricapito ha tutto il carattere di piena fede, e solenne legalità. Per quello poi s' attiene al soggetto, reca la vendita, che un tal Giacomino de Biglj faceva ad un Giovanni di Castelletto entrambi di Milano, *in pieno diritto, e libero volere*, di una giovane tartara di circa 19 anni pel convenuto prezzo di 58 ducati d' oro, somma in quel tempo (1434) rilevantissima, ove la si confronti coi consimili contratti del XIII. secolo retro. Chi rogava l' atto era il pubblico notajo di Recanati Lorenzo Antonucci.

Tal documento è certo, che il chiarisimo Muratori lo avrebbe con piacere ricordato nelle sue *Antiquitates*

Digitized by Google

Italicæ, quando a lui fosse venuto a notizia, se non per fissare un termine al vergognoso commercio, a stabilirne almeno più in qua del XIII. secolo la sussistenza di esso. Ma ciò non hanno lasciato supporre coi menzionati autori, nè il Ducange, nè il Muratori stesso, che ricorda bensì documenti anche del Secolo XV. rapporto alla trattazione, o diremo meglio alla traslazione dei *Servi di gleba, o Censuarj* (*); ma pare non abbia mai avuto sotto occhio documenti posteriori al XIII. secolo riferibilmente ai servi volgarmente detti *Schiavi*, i quali erano cosa ben diversa dei primi.

Il Vergerio stesso nella vita di Ubertino Carrara, di cui fa cenno il Cibrario, afferma, che l' uso dei servi ereditarj era al suo tempo (1300) totalmente

(*) Di tal natura erano quelli che vincolati al terreno che lavoravano e con perpetuo domicilio, passavano in Allodio quasi cosa annessa al fondo dalla servitù del padrone alienante a quella del nuovo acquirente. Tali erano pure i servi che specialmente dopo il X. secolo appellavansi *Uomini di Masnada* da *Mas*, o *Mansum* significante *Predio*, *Fondo*, o *Podere* alla cui coltivazione erano addetti, e che nel secolo XIII. erano poi compresi fra i Vassalli. Vedi il Muratori *Antiquit. Ital.* Dissert. XIV. e XV. Tom. I. Mediol. 1738.

Il Ducange in Verbo *Allodiarii, Manentes, Servi etc.* opina che detti servi siano gli stessi che ora volgarmente chiamiamo *Rustici, Coloni*, o *Villani* addetti alla coltura dei campi, come sembrano tante famiglie contadine di centenaria discendenza conservate al servizio di antiche nobili famiglie per sentimento di benemerenza da parte dei possessori e di ereditario affetto per parte dei Villici.

Digitized by Google

224

abolito. Ma, o egli alluda ai *Servi del Suolo,* ossiano di *Gleba*, come deesi credere, oppure ai veri *Schiavi*, sembra sia contraddetto, in quanto ai primi, da documenti posteriori, e rapporto ai secondi, forse dalla Pergamena in discorso di cui pubblichiamo il tenore nello scopo di mettere il meglio che si può d' accordo la verità colla testimonianza di fatti manifesti.

Lasceremo intanto giudicare agli eruditi, se un atto isolato, e forse unico in questo genere di quasi un secolo, e mezzo posteriore agli altri, sia, o no attendibile per opinare, che la schiavitù in Italia durasse ancora al principio del XV. secolo, non senza tenerci ancora ambigui intorno la positiva sua durata.

Digitized by Google

TRADUZIONE LETTERALE
DELLA
PERGAMENA

Nel nome di Cristo. Cosi sia. L' anno di sua Circoncisione MCCCCXXXIV. Indizione decimaseconda nel tempo di nostro Signor Eugenio IV. Papa, giorno sedici del mese di Settembre. Il nobil uomo Giacomino figlio del signor Lucchino de' Biglj di Milano spontaneamente di certa scienza per se ed eredi suoi vendette di proprio diritto ed in perpetuo puramente, liberamente ed assolutamente al Nobile uomo Giovanni figlio del Signor Giovanni da Castelletto di Milano presente ed acquirente per se e suoi eredi una Tartara di nome Marta dell' età di 19 Anni circa, come asserì il detto venditore, da possedere, tenere e disporne secondo il voler suo e degli eredi e successori suoi, e di farne poi tutto quanto piacerà al detto Compratore ed ai suoi eredi perpetuamente. Pel prezzo ed in rappresentativo di prezzo di cinquantotto Ducati d'oro di buono, legale e giusto peso, che il prefato venditore spontaneamente confessò ed è soddisfatto di avere avuto e ricevuto in presenza di me notaro e degli infrascritti testimonj dal detto Giovanni Compratore predetto quì presente ed interrogante, e di essere stati dati e numerati a se dal Compratore stesso, rinunziando il prefato Venditore alla eccezione di non aver avuti e ricevuti, e non dati e numerati a

Digitized by Google

se dal detto Compratore i detti cinquantotto Ducati d'oro, ed alla speranza di una futura numerazione e ricevuta ed alla eccezione di frode, nocumento, timore senza motivo in fatto d'azione, e ad ogni altro soccorso, beneficio e favore delle leggi e statuti a se in qualche maniera competente, o da competersi di diritto, o di fatto. La qual predetta Tartara Marta eziandio il ricordato Compratore spontaneamente alla presenza di me Notaro e degli infrascritti testimonj confessò ed è soddisfatto di aver avuto e ricevuto, ed essergli stata data e consegnata dal detto Giacomino venditore predetto. Rinunziando alla eccezione della predetta Tartara Marta non avuta nè ricevuta, e non data e consegnata a se dal detto Venditore, ed anche alla speranza di una futura ricevuta e consegna, ed alla eccezione di frode, nocumento, tema senza motivo in fatto d' azione, e ad ogni altro ajuto, beneficio e favore delle leggi e statuti a se in qualche modo competente, o da competersi di diritto, o di fatto. La qual vendita pure, e tutte e singole le cose contenute nel presente Istromento, il prefato venditore spontaneamente e di certa scienza promise per se ed eredi e successori suoi al detto Giovanni compratore come sopra stipulante, e nel promettere giurò pei Santi Evangelj di Dio, toccate corporalmente colla mano le Scritture, di avere e tenere perpetuamente la cosa per rata e ferma, nè in nessun modo contravvenire, o venire in qualunque maniera per se, od altro senza causa di diritto, o di fatto. Ed anche in nessun tempo promuovere, inferire causa, o quistione intorno la predetta Tartara Marta venduta, nè acconsentire a chi la muovesse, od inferisse per se od altro in modo alcuno senza pretesto di diritto, o di fatto. Ma

Digitized by Google

piuttosto volendo per evizione (*) la detta Tartara Marta, sia tenuto di legittimamente difendere, autorizzare, finire con prontezza, e pacificare la sovradetta vendita a carico e spese dello stesso Venditore contro ogni persona, uomo, collegio, od università, ed assumersi immediatamente il primo, secondo ed ogni altro giudizio per lite, o causa mossa per la cosa in possesso dell' altro, o no, ed in qualunque condizione la cosa e la causa saranno state trovate. Parimenti di risarcire e restituire tutti e singoli i danni, spese ed interesse di lite e fuori, sotto pena del doppio di detto prezzo per stipulazione promessa in tutti i capitoli di questo contratto tante volte, quante sarà stato da esso in modo alcuno contraffatto, o contravvenuto, sempre però ritenuto fermo il contratto. E la detta pena ove sia, o no pagata o chiesta, pure tutte le predette e singole cose dureranno con perpetua fermezza, e per l'osservanza di tutte le cose predette il detto Giacomino obbligò a favore del detto compratore tutti li beni suoi presenti e futuri.

Fatto in Recanati avanti la casa di Giovanni Tommaso di Recanati posta nella città di Recanati nella casa in confine ai possessi di Bartolomeo figlio di Antonio Guidazio e dei di lui figlj, a quelli del detto Giovanni, alla piazza grande del Comune della città di Recanati e ad altri confini essendo presenti Aluiggi Beltramino da Gallarate di Milano, Messer Lodovico figlio di Messer Vanni di Recanati e Battista figlio di Giovanni Tommaso predetto di Recanati testimonj chiamati e pregati alle predette cose

(*) *Evizione*, termine legale, *che suona ripetere il suo da altri posseduto.*

Digitized by Google

242

Io Lorenzo Antonucci di Recanati Notajo pubblico per Apostolica Autorità e Giudice ordinario a tutte e singole le predette cose fui presente, e pregato a scriverle le scrissi e pubblicai e col consueto mio segno le ho convalidate.

(Luogo del Tabellionato)

99 344473

Digitized by Google

No

In proposito della Sc
Chiarisp.° Sig.° Cr
ua indefesso ra
Rosegnout Jnca
suggerito che la
anche dopo il
" Adorna Ma
" Adorno a ua
" Schiavo di
" Detto Andr
" Luario 1509
" Jn atti del

Mantova 9

3
6

242 244

Digitized by Google